

17.
B. Sch

(
in

26. 2. 18
m

27. 3. 18
—

28. 6. 18
=

29. 1. 19
(

30. 1. 19

31. 1. 19
=

32. 1. 19
31. 1. 19



1727.

nr. 25-30 im vorhergehenden Bande

25. Schroeter, Jo. Pentus, Ordinarius Juris. Consultorum ... Decanus :

(ad Dissertationem solennem Joannis Andree Schubarthii
instit.)

26. Schroeter, Jo. Pentus, Ordinarius Juris Consultorum ... Deca-

nus (ad Dissertationem solennem Joannis Stephani Ku-
merli instit.)

27. Schroeter, Jo. Pentus : Ordinarius Juris Consultorum (ad Disserta-
tionem solennem Joannis Christophori Richteri instit.) ^{2 Exempl.}

28. Schroeter, Jo. Pentus : Ordinarius Juris Consultorum (ad
Dissertationem solennem Jo. Fr. Sereni Sutterelli
instit.) 2 Exempl.

29. Schroeter, Jo. Pentus : Ord. Juris Consultorum ... Decanus :

(ad Dissertationem solennem Joannis Christophori Ulmerli instit.)

30. Schumann, Henr. Golupf : Exercitatio moralis, qua Stepha-
nem Gratium per duellionis absolutum ... in prolixis

argumentis censuram declarabit.

31. a et
Spener, Jacobus Carolus : de jure repudiorum in primis

ex implacabilis causa obli. 2 Exempl.

31. b
Spener, Jacobus Carolus : de jure repudiorum in primis
ex implacabilis causa obli.

32. Stenkelius, Christ. Godfredus: Annotatio anatomica
pathologica, demonstrans veri temperamenti in humores
absolutum corpus hujusmodi cum integritate congru-
entiam.
33. Veker, Abrahamus; ~~Admiris~~ medicinae prodecanus:
in annotationibus inang. medicam (Theodori Chla-
denii iuribus)
34. Veker, Christianus: De medicina praeservativa
35. Weidler, Fr. Fider: De praesenti speculativa
astronomica et stata
36. Weidler, Joannes Fidericus: De inspectis methema-
ticae specialium astronomiae originibus.
37. Weidner, Fr. Fider n. d. Daniel Perlicius: Explic-
ationem Jovialium Cassiniani . . . executione
sua proponunt.
38. Wenter, Fr. Beltharus, ~~Ord. juristici~~ . . . ordinaria et
Decanus: Lectori honorato S. D. (in respu-
blicam solennem Georgii Abrahami Kochii iuribus)

39a

40.

41

42

43

44

39^a. 6. c.

= Wember, Francus Belle: De jure affigendi
publice mandata Vigilantibus immediatè contra
centenam assertis. 3 Insept.

40. Wember, Fr. Belle: De effecta traditionis
verum immutatum alio di aliam sine ja dicenti
investitura imprimis in toto creatum benevolum.

41. Wember, Francus Fredericus: De reservato vulgo
stanzing

42. Wember, Francus Fredericus: De usu juris testi-
ficandi in judiciis Germaniae non exiguo.

43. Wember, Fr. Frider: Tentamen academice
cum judicium institutum contra summum
uni alteri ve jure conveniat?

44. Wember, Fr. Belle: Viriabilis Juridica,
qua selectas prii observationes. . . publico
examine subijciat.

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a letter or manuscript page.]

I
I
I
I



6

ORDINIS MEDICORVM
IN
ACADEMIA VVITTENBERGENSI

1727

33

PRO-DECANVS
**ABRAHAMVS
VATER**

D. et P. P.

ANAT. ET BOTAN. SVSTITVT. NEC NON
SOCIETATVM IMP. NAT. CVR. ET REG.
BRITANN. SOCIVS

LECTORI BENEVOLO
SALVTEM DICIT
EVMQVE

AD
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
MEDICAM

D. XXIII. APRIL. M DCC XXVII.

AVDIENDAM
PERHVMANITER INVITAT!



ORDINIS MEDICORUM
ACADEMIAE IMPERIALIS
PRO-DECANVS
ABRAHAMVS
VATER

D. et P. P.
VAT. ET BOTAN. SOCIETAT. NEC NON
SOCIETAT. IMPERIALIS
BRITANN. SOCIUS
LECTOR. BERNOLIO

AD
DISSERTATIONEM IN ANATOMIA
MEDICINAE
D. XXIII. APRILIS MDCCLXXII.
LIPSIDAM





Notus satis superque est affectus
 ille miserrimus ac commise-
 ratione dignissimus, atque
 iure meritoque *Miserere mei*
 propterea vocatus, quo aegri
 torminibus enormissimis uen-
 tris, cum obstructionibus alui pertinacissimis et
 nulla fere arte expugnabilibus, atque uomiti-
 bus continuis, ipsarum tandem secum aluina-
 rum, aliisque grauissimis symptomatibus ex-
 cruciati, communiter satis cedere coguntur.
 Huic malo occasionem praebent admodum
 varia, non quidem tantum intestinorum cir-
 cumuolutio aut contorsio in nodum, unde uol-
 uuli nomen obtinuit, sed & obstructio eorum
 a scybalis induratis, incarceration in herniis, con-
 strictio & coarctatio, uel subingressus, intus
 susceptio & inuaginatio, & inflammatio eorum
 atque alia. A quibuscunque tamen causis oria-
 tur malum semper cum motibus conuulsiuis in-
 testinorum totiusque canalis alimentorum con-
 iungitur, nullatenus uero tantum a conuulsione
 atque contractione uiolenta musculorum abdo-
 minis, uti uolunt *Dominus Hagenot* Societatis
 Montispeffulanae Gallorum Socius, & *Dominus*
S. Andrae Societatis Anglicanae Sodalis, qui mo-
 tum

tum praeternaturalem intestinorum antiperistalticum impugnantes, solam musculorum abdominis contractionem acculant, qualis tamen si adest, potius pro effectu conuulsionum internarum, quam pro causa agnosci debet. His autem idoneis & solidis argumentis iam tum responsum est in *Actis Medic. Berolin. Decad. II. Vol. IV. N. I.* ut opus non sit, de hoc prolixius agere. Neque etiam in praesenti ex instituto de hoc affectu eiusque causis agendi locus mihi est, sed mihi tantum his paginis angustis res erit cum intus susceptione atque inuaginatione intestinorum, disquirendo inprimis, an haec pro causa, quae malum iliacum antecedit illudque inducit, aut potius pro effectu, inter ipsos motus conuulsiuos intestinorum contingente, habenda sit. Hoc ut credam, nempe inuaginationem si non semper, quandoque tamen effectum potius quam causam mali iliaci esse, suadet inter alia illud, quod talis inuaginatio et intus susceptio inestini inueniatur, etiam post mortem in cadaueribus eorum, qui malo iliaco non laborauerunt. In eaque sententia quoque fuisse Lindanum, docent laudata *Acta Berolinens. l. c. p. 28.* ubi legitur, quod ille in Coll. quodam MS. Practico super Hartmannum, Realdi Columbi locum, qui de mutuo intestinorum ingressu in malo iliaco agit, ita interpretatus sit, auctorem ibi esse-

effectum ilei allegasse pro causa. Huic autem
sententiae, ne gratis subscripsisse videar, produ-
co in medium Sectionem Anatomicam ante pau-
cos dies a me institutam, puellae duorum cum
dimidio annorum, quae tabe ex ulcere pulmonis
et scirrhis glandularum mesenterii defuncta,
plures ante obitum septimanas diarrhaea conti-
nua, subinde cruenta, usque ad mortem, labo-
rauerat. In huius cadauere aperto, lobum pul-
monis dextrum in tota peripheria cum pleura et
costis, diaphragmate atque pericardio concre-
tum, in eoque intus finum ulcere excauatum,
cui gallinacei magnitudine, pleuram uero et di-
aphragma in loco concretionis callosa et quasi
cartilaginosa deprehendi. Praeterea glandulae
mesenterii cum pancreate, hepate atque liene
induratae et scirrhosae apparuerunt. Totus ue-
ro canalis alimentorum ob diarrhaeam antece-
dentem uacuis repertus est. Imprimis autem
in parte superiori intestini ieiuni tres inuagina-
tiones, haud longo a se inuicem interuallo di-
stantes inueni, ubi pars superior in inferiorem
ad unius atque alterius articuli digiti longitudi-
nem introiuerat. In hac tamen puella nulla
mali iliaci signa adfuerunt, quae sunt termina-
uentris atrocia, cum obstructione alui pertinaci
ac uomitu continuo, ultimo fecum aluinarum.
Conquesta quidem subinde fuerat de dolore

abdominis, at non adeo acuto, nullus etiam vomitus nullaque alui obstructio adfuit, potius diarrhaea usque ad extremum halitum continuauit. Iudicandum ergo est, inuaginationes has in ipso mortis articulo, aut breui ante illum, a motibus internis epilepticis productas esse. Sed de hoc in praesenti quo minus plura uerba faciam, impedit uitae curriculum Clarissimi Medicinae Candidati, more consueto a me nunc enarrandum.

Est hic Dominus **THEODORVS CHLADENIVS**, *uitae integritate, morum modestia, ac doctrinae praestantia omnibus commendandus. Pater ipsi fuit,* **B. MARTINVS CHLADENIVS**, S.S. Theologiae Doctor et in hac Academia Professor Publicus, Templi O.S. Praepositus et Senatus Ecclesiastici Assessor, *suo tempore fama meritorumque copia maxime conspicuus, at Academiae, Familiae atque Nostro praematura morte ereptus. Matrem adhuc ueneratur Matronam omnibus sexus sui ornamentis condecoratam,* **CHARITATEM** *Clarissimi quondam Poetae Caesarei Laureati atque Ecclesiae Scandauiensis ad Albim, Pastoris et Pirnensis Ephoriae Senioris, IVSTI SIBERI filiam. His Parentibus optimis prognatus Noster A. MDCCIII. in oppido Misniae, Luskauia uocato, ubi Parens eo*
tem-

tempore Pastoris munere fungebatur, lucem primum
aspexit, atque sacro fonte tinctus Christo nomen
dedit. Postquam illam aetatem attigisset, ut, po-
sit is prius pietatis ac religionis fundamentis, lite-
ris imbueretur, tam Parentis institutione, quam
priuatorum Praeceptorum, quos inter imprimis
Viri Reuerendi DN. M. IUSTI CHRISTIANI
THORSCHMIDII, Ecclesiae Annaburgensis Pa-
storis vigilantissimi, in se merita praedicat, opera
eo perductus est, ut scholam illustrem Portensem
adire posset. In hac fidem atque dexteritatem
Clarissimorum Doctissimorumque Virorum SCHRE-
BERI, BESSERI, HEIDERI, SCHRAMMII, &
WEIDNERI expertus est, eorumque fideli infor-
matione animo ad altiora praeparato, Anno
MDCCXXII. ad hanc Academiam accessit. Ab
illo tempore Doctorum huius Academiae Scholas
tam priuatas, quam publicas sedulo frequentauit,
nihilque praetermisit, quod ad excolendum studium
Medicum, cui se consecrauerat, necessarium sentie-
bat. Prout ergo persuasus fuit, Physicae atque
Matheseos scientias stulti, certe Medico necessarias
esse, quibus hic vix carere possit, Celeberrimos ha-
rum doctrinarum Professores Publicos, Excell.
MARTINVM GOTTHELFF LÖSCHERVM in
Physicis, atque Excell. Dominum IOHANNEM
FRIDERICVM WEIDLERVM, in Mathematicis
sectatus est. Hisce positis fundamentis, Medicinam
ipsam

12
ipsam aggressus, Magnificum Parentem meum
Dominum CHRISTIANVM VATERVM in Insti-
tutionibus Medicis atque methodo medendi,
Praxique Medica tradenda occupatum, audiuit,
Exc. LÖSCHERI Collegia in Osteologiam atque
Chimiam sedulo uisitauit, mihi quoque Anato-
micam, Botanicam, Chemicam, Medicinam Fo-
rensem, docenti, constans adsitit auditor. Prae-
terea me duce, XVI. Anatomis publicis atque
fectionibus priuatis interfuit, atque in plerisque
disputationibus inauguralibus opponentium sub-
sellia occupauit, et ita ubiuis boni ciuis uices exple-
uit. Studiis ita Academicis absolutis, An. MDCC
XXVI. excursionem Schneebergam fecit, ibique
loca subterranea et metallifodinas perlustrauit,
artique metalla tractandi operam dedit, simulque
thermas VVolckensteinenses et Carolinas uisitauit.

Tandem superioris anni Mense Decembr. ad Exa-
men admissus, omnium expectationi satisfecit, ac di-
gnissimus habitus fuit, cui supremi in Medicina hono-
res conferrentur. Hoc ut more maiorum fiat, sequenti
die XXIII. Apr. sub Praesidio Magnif. CHRISTIANI
VATERI in Dissertatione inaugurali de Medicina praeserua-
trice disseret. Ad hunc audiendum ut Magnificus Rector,
Illustrissimi Comites, Per-Illustris Liber Baro, Patres
Conscripti Ceterique Artis nostrae Fautores beneuole
accedant, ea, qua decet humanitate et
obseruantia rogo.

WITTENBERGAE,
LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

Wittenberg, Diss., 1727 Sp-Z

X 237 1928


ULB Halle

007 495 064

3







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

8
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

MEDICORVM
IN
ITTENBERGENSI
DECANVS
**HAMVS
TER**

1727
33
6

et P. P.

SUBSTITVT. NEC NON
MP. NAT. CVR. ET REG.
NN. SOCIVS
SI BENEVOLO
STEM DICIT
VMQVE

AD
NEM INAVGVRALEM
EDICAM
RIL. M DCC XXVII.
DIENDAM
NITER INVITAT!

